



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 9. An attendenda sit illa Conscientia, quæ post actum sequitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

**Obij.** Si conscientia vincibiliter erronea obliget ; ergo talis homo sub peccato tenebitur peccare. **R.** Per accidens tenebitur ponere actum materialiter malum, quando aliter vitare non poterit peccatum formale contra conscientiam, cuius dictamen reflexum est hic & nunc certum, siveque formatur, peccatum est ratione sui imputabile, non sequi dictamen conscientiae, quo quis absolute credit se debere hic & nunc aliquid facere, sed ego hic & nunc absoluti credo me debere mentiri, ergo. Vide dicenda l. 5. n. 21.

**Inst.** Conscientia obligans debet esse conformis Dei voluntati, sed conscientia supponens errorem vincibilem non est conformis Dei voluntati, ergo. **R.** Esse conformem Dei voluntati per accidens obliganti, nam supposito errore, quod per accidens est, Deus vult, ut quisque se suæ conscientiae conformet. Vide dicta n. 29.

**Q. 9.** An illa conscientia sit attendenda, quia post actum sequitur. **R.** Non est attendenda, hinc errant, qui post actum commissum, antequam accedant ad confessionem, inspiciunt libros vel inquirent, an hoc vel illud, quod fecerunt, sit peccatum & an ideo confiteri debeant, haec enim subsequenti opinio, quam sibi formabunt, non potest facere, ut actio praecedens fuerit vel non fuerit peccatum : si militer aliqui volentes confiteri frustra petunt a suis confessariis, an hoc vel illud agendo peccaverint, nam utrum peccaverint, necne, pendet a conscientia quam habuerunt, dum agebant, hanc autem ipsi scient & ab illis discet confessarius, si enim operari sunt bona fide & ex ignorantia aut errore invincibili, non peccarunt, si malâ fide, ex notitia peccati, aut ex dubitatione practica, ex ignorantia aut errore vincibili, peccarunt : recte tamen queri possunt talia

ad alios fines, v. g. pro actionibus dirigendis in futurum, ut talia, si in se mala sunt, non amplius faciam, si mala non sunt, ut in eis non timeam peccatum; item ad tollendum scandalum, si aliquod dedi per talen actum, aut ut resciam, an forte propter talen actum obliger ad aliquam restitutionem &c. ita Sporer hic n. 33.

## C A P U T II.

## De Conscientia Dubia.

## D U B I U M I.

*Quid sit Conscientia practicè dubia, & quid  
in ea agendum?*

**R**esp. I. Dubium, est suspensio assentis circa objectum apprehensum. Idque est duplex: " Speculativum seu Universale, quando in genere dubitatur, v. g. an contractus usurarius sit licitus; " an die festo liceat venari, piscari, pingere, &c. Et " Practicum, seu Particulare, cum dubitatur, an his circumstantiis, v. g. hoc festo liceat mihi venari. " Ex quo patet, quid sit Conscientia practicè dubia, scilicet, quæ practicè dubitat; speculativè dubia, quæ speculativè. Ita *Navar. Laym. Sanch. Rec. t. 1.c. 4.q. 8.*

67 ad 77.

**R**esp. II. Qui cum Conscientia practicè dubia operatur, peccat: & quidem peccato ejusdem rationis ac speciei, cuius est peccatum, de quo dubitat. Ita *Sanch. Bon. to. 2.d. 2.q. 4.p. 7. nu. 3.* Ratio prioris est, tum quia is exponit se periculo peccati: " tum quia, quod non est ex fide, est peccatum, id est, quod non fit cum determinato iudicio Conscientiae, esse licitum. Idque verum est, etiamsi specula-

46 ad 47

77.